

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Sebastiani Castellionis Sacrorum Dialogorum Libri  
Quatuor, Quos Postremo Ipse Recognovit: Argumenta  
Singulis Dialogis Praeposuit, Et Sententias Sublicit ...**

**Châteillon, Sébastien**

**Francofurti, 1761**

**VD18 12886300**

Simon.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-18303**

S I M O N. Lucæ 7.

## ARGVMENTVM.

Jesus miranti cum animo suo Simoni, apud quem ipse cibum capiebat, cur se patetetur ab impudica muliere attrectari, causam reddit.

*Simon, Judas.*

**J**am dudum specto mulierem istam, quæ meum hunc hospitem tam molliter curat. Qui sicut vates esset, intelligeret utique, quæ & qualis sit mulier, quæ ipsum attrectat: nam prostituta pudicitia est. *J.* Simon, paucis te volo. *S.* Dicas licet, Magister. *J.* Duos debitores habebat quidam creditor, quorum alter quingentos, alter quinquaginta debebat denarios. Si cum non essent solvendo, utriusque condonavit. Dic, uter eum plus amare debeat? *S.* Opinor, cui plus condonavit. *J.* a) Recte judicas. Vides hanc mulierem? Cum introivisse in domum tuam, ne aquam quidem ad lavandos pedes meos dedisti. Ea & lachrymis eos perfudit, & sui capitum capillo exterrit. Tu mihi osculum non dedisti: ea, postquam sum ingressus, non destituit mihi pedes deosculari. Tu nec oleo mihi caput unxit: ea unguento mihi pedes perunxit. Qua de causa sic habeto ei multa remitti peccata, quoniam multum amat. Remittuntur tibi peccata mulier: tua te fiducia servavit: abi cum bona pace.

a) **E** similibus judicandum est de similibus.

SEN-



## SENTENTIA.

*A sinistris suspicionibus abstinentium. Ex conjectura judicare, temerarium est. Magno beneficio magnus amor conciliatur.*

JAIRVS. Marc. 5. Luc. 8.

## ARGUMENTVM.

Jesus a Jairo exoratus, ejus filiam it sanatum: & inter eundem, mulierem profluvio sanguinis laborantem sanat. Deinde ubi Jairi domum venit, ejus filiam, quæ interea discesserat, revocat in vitam.

*Jairus, Jesus, Mulier, Petrus, Nuncius.*

*E*st mihi unica filiola, optime Jesu, duodecimum annum agens, quæ nunc domi desperato morbo laborat. Obsecro te, & obtestor etiam atque etiam, ut domum venias, eique manus imponas, ut reviviscat, & revalefacat. *Je.* Ficiam vero, eamus. *M.* Salva sum, si possum vel extremam ejus oram vestis attingere. Conabor, nec me hæc hominum turba impedit, quo minus ad eum accedam. *Je.* Quisnam tetigit mea vestimenta? *P.* Tu vides, quanta te hominum multitudo circumsistat & comprimat, & rogas, quis te tetigerit? *Je.* Certe tetigit me aliquis: nam sensi vim quandam exire a me. *M.* Perii misera, non latui eum. Obsecro te, ignosce mihi, ego sum illa. *Je.* Narra mihi rem omnem, ut se habeat. *M.* Ego misera jam duodecim annos languebam

P 3

pro-

SEN.

